

414

Lib. III. Cap. V.

terminum, ea est major: atqui h. l. secunda seu  
negans in se habet praedicatum conclusionis.  
E. secunda est major propositio, est sic syllo-  
gismus hic est in Felapton.

34. Secunda regula tertiae figurae est:  
Conclusio semper sit particularis, vitiose i-  
gitur concluditur h. m.

*O. animal est vivens.*

*O. animal est corpus. E.*

*O. corpus est vivens.*

35. Not. Inferri solet interdum in tertia fi-  
gura conclusio universalis, si termini minoris  
propositionis sunt reciproci, e. g.

*O. rationale est animal.*

*O. rationale est visibile. E.*

*O. visibile est animal.*

verum hoc non fit vi tertiae, sed vi primae fi-  
gurae, si enim minor convertitur, syllogismus  
est in prima figura.

CAP. V.

De

## SYLLOGISMO O- STENSIVO, ET EO, QUI DL- CITUR EX HYPOTHESI.

I.

Sicut in Syllogismo, cuius natura pro-  
lixè haecenus explicata fuit, ex praer-  
mis